

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Opera

Priscianus

[Venedig], 15. Dez. 1481

Liber .xv. De adverbio

[urn:nbn:de:bsz:31-324175](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-324175)

DVERBIVM EST PARS ORATIONIS

ADECLINABILIS: cuius significatio uerbis adicit. Hoc enim perficit aduerbium uerbis additum: q; adiectiua nomina appellatiuis nominibus adiuncta: ut prudens homo prudenter agit: foelix uir foeliciter uiuit. Sunt igitur quaedam aduerbia quae omnibus conuenienter sociantur temporibus: ut sapienter dico sapienter dicebam sapienter dixi sapienter dixeram sapienter dicam. Recte facio: recte faciebam recte feci recte feceram: recte faciam. Sunt alia quae cum separatim tempora significant: necessario separatim eis coniunguntur: ut hodie facio heri feci cras faciam. Nunc intelligo ante intellexi postea intelligam: quanuis usus etiam in eis quoq; uariatur. Sunt etiam quae cum omnibus apte sociantur modis: ut diligenter curas: diligenter curas: utinam diligenter curares: cum diligenter cures: diligenter curare uelis. Sunt quae non omnibus modis possunt coniungi: ut ne cum est dehortatiuum indicatiuum non adiungitur: sed imperatiuum: ut Virgilius in sexto Tu ne cede malis: sed contra audentior ito: uel optatiuum: ut Terentius in phormione. Quod utinam ne phormioni id suadere in mentem incidisset. Aut subiunctiuo: ut idem in adelphis. Ne dicam dolo. Aut infinito: ut Cicero in inuectiuis. Ne dici quidem opus est: quanta diminutione ciuium. Utinam optatiuum coniungitur. Lucanus in secundo. O utinam coeliq; deis: herbeq; liceret. Ni subiunctiuo copulatur: ut Terentius in andria. Ni metuam patrem. Idem in phormione. Ni mihi esset spes ostentata. Virgilius in tertio. Ni teneant cursus. Idem in primo aeneidos. Ni faciant maria ac terras caelumq; profundum. Sed & ni & ne quando pro neq; accipitur inter coniunctiones pleriq; posuerunt causales: quanuis significatio abnegatiua aduerbiis ea magis applicat: q; autem etiam ne pro neq; ponitur: usus approbat. Cicero in inuectiuarum. iiii. Ne dici quidem opus e quanta diminutione ciuium. Ni quoq; pro ne accipitur: sicut supradictus Virgilius usus ostendit. Virgilius in primo. Ni teneant cursus: p ne teneant. Quod etiam Donatus in commento aeneidos affirmat dicens. Ni pro ne sic ueteres. Non uero imperatiuum proprie adiungi non potest: nisi in compositione: ut noli. Aptissime autem indicatiuum sociatur uel subiunctiuo uel optatiuum. Indicatiuum Virgilius in secundo

ad uerba q sociat
non ad
Virgilius
Lucanus
Terentius
Cicero
Virgilius

Virgilius
Ni.

Ni.

Don.

Non tibi tendaridis facies inuisa lacena' **C**ulpatufue paris: uerum in
 clementia d' tuum **H**as euerit opes. **S**ubiunctiuo: ut **Virgilius in sex**
 to: **N**on mihi si lingua: centum sint ora: q; centum **F**erea uox omnes
 feclerum comprehendere formas. **O**mnia pœnarum percurrere no/
 mina possim. **O**pratiuo: ut **Virgilius in secundo georgicorum**. **N**on
 illa quisq; me nocte per altum **I**re neq; a terra moneat conuellerè funè
Nunquid quoq; indicatiuo soli adiungitur: ad quod pertinet interro
 gatio. **T**erentiùs in phormione. **N**unquid meministi. Idem nunquid
 lubdolet: patris. **E**t uerbum quidem sine aduerbio perfectam potest
 habere significationem. **A**duerbium uero sine uerbo uel participio: q;
 uim uerbi possidet: non tamen plenam sententiam habet quia enim
 ab aliqua persona per se pferantur aduerbia necesse est ea uel ab ante/
 dicta: ab alia persona referri uerba: ut si quis me interrogauerit: bona è
 superbia & respondeo non: uel per eclipsim dici: ut si recitante aliquo
 dixerò bene diserte eloquenter: ubiq; enim subauditur dicis. **S**imiliter
 si dicam **N**on malus homo q; pro uiribus suis subuenit cliëtibus: sub
 audio est. **I**n multis quoq; aliis per: hanc figuram inueniunt sine uer
 bis uel participiis aduerbia: ut **Virgilius in .i.** **G**enus unde latinū sub/
 auditur è. **E**t sciendum q; ut supra dictum est participiis quãdoq; ap
 tissime adiunguntur aduerbia **Q**uid enim est participium nisi uerbū
 causale. **V**nde bene lego bene regens: sapiëtèr loquor sapiëtèr loquès
 q; si aliud uerbum subiūgas uerbo idem significat. **S**ed hoc interest q;
 participium nõ eget coniunctione: uerbum uero eget: ut bene legens:
 disco: bene lego & disco: sapiënter loquens doceo: sapiënter loquor &
 doceo: accidit autem aduerbio species significationis figura: **S**pecies pri
 mitiua & deriuatiua. **P**rimitiua quidem quæ a se nascitur ut non ita
 ceu clam sape. **D**eriuatiua uero quæ ab aliis nascitur: ut a clam clam/
 culum: a sap e sapius sapissime: docte a docto: cursim a cursu: ducti
 è a ductu. **D**eriuatiua igitur aduerbia uel ab aliis aduerbiis
 deriuantur. ut a prope propius: & ultra ulterius: citra ceterius: uel a
 nominibus: ut **T**ullius tulliane latinus latine scelix sceliciter. uel a uer
 bo siue participio: uel participiali nomine: ut sentio sensus sensim: sto
 stas statim: singultio singultus singultim. **H**oratiùs in primo sermo
 num. **V**t ueni coram singultim pauca locutus: tractus tractim. **V**ir/
 gilius in quarto georgicorū. **T**ractimq; susurant. **V**el a nomine & uer
 bo: ut a pede & tento: pededentim: uel a p nomine: ut hic illic: ab hic
 & ille uel a præpositione ut ex extra in intra con contra sub subter.

Nunquid.

Vim sine aduio plenam per hanc p^{rio}
 q; aduio sine uo ut p^{rio} non.

Nota

Ad uo uerbi 7 a

ppca p^{rima}
 deriuatiua.

Ad uo dicitur ab aliis p^{rio} ut q;

Est quando & nominum terminatio diuersorum casuum cōstructi-
onem aduerbialē suspiciēs loco aduerbioꝝ accipitur: Vt Virgi. in. vi.
Nimium uobis romana ppago Visa potens superi: nimium dixit p
nimis. Similiter in. i. aene. Multū ille & terris iactatus & alto. Idē in
octauo. Iam primū faxis suspensam hāc aspice rupem. Idem in. i. ge /
orgi. Sublime uolans. Similiter idem in. i. aenei. Vna eurus notusq;
ruūt. Pronomina quoq; pro aduerbiis ponuntur: Vt Vir. in octauo.
Hoc tunc ignipotens caelo descendit ab alto: hoc pro huc: idē in pri /
mo aeneid. Nanq; uidebat uti bellantes pergama circum Hac fuge /
rent grai premeret troiana iuuentus Hac friges. Neq; enim ea indu
bstanter aduerbia esse accipimus: sed nomina uel pronomina esse di /
cimus: loco aduerbioꝝ posita per diuersos casus Per nominatiuum:
ut in. xi. Virgi. Fors & uota facit cumulatq; altaria donis. Et in ter /
tio georgicoꝝ: Sole recens orto: per genitiuum: Vt Romae Cicero p
ligario. ne sint ne ue cum fratribus. Salustius in primo historiarū. Ac
cede inde milicia: & domi gestas composui. idem in hist. Atque serui
lius agrotum tarenti collegam prior transgressus. Per datiuū: ut uel /
peri ruri forti. Terentius in andria. Quem ne ego uidi ad uos. afferri
uesperi. Virgilius in quarto georgicorum. Sunt quibus ad portas ce
cidit custodia forti. Terentius in phormione. Cui opera uita erat ruri
fere se continebat. Per accusatiuum ut Romam athenas. Terentius
in andria. Quid tu athenas insolens. Per ablatiuum. Virgilius in bu
colicis. Forte sub arguta confederat illice daphnis. Idem in eodē. Al
terius dicetis: amant alterna camenae. Cum autem loco aduerbiorum
accipiuntur manent indeclinabilia: licet iungantur nominū uel par /
ticipiorum diuersis casibus: ut sublime uolans: sublime uolantis: sub
lime uolanti. Sic igitur discernens nomina uim aduerbioꝝ recipiētia
uel non. Et primitiua quidem uniformi a sūt: uec regulam aliquā ad si
militudinē: uel collationem alioꝝ possūt accipere: ut cras cur heus sic
nempe. Deriuatiua uero quæ sub aliqua certa. proferūtur forma inter
se se adhibita collatione: rationē plerunq; regulæ possunt accipere p
similitudine terminationum. Plerunq; autem diximus propter accep
ta anomala: ut bene male duriter. Ergo per singulas terminatiōes ne /
cessarium est eorum formas inspicere. A igitur terminantia uel pri /
mitiua sunt: ut ita: quod solum a correptam habuit quīs quidam pu
ta quoque aduerbium esse accipiant Ideoque Persium id cortipuisse:
ut hoc puta non iustum est illud male rectius illud: uel composita: ut

Non p. m. g. d. h. j.

P. noia p. ad. d. o. y. o. p. o. m.

Ad uia da.

Nota bene

praeterea interea postea antea: quae omnia producunt a terminakē. **Vel** ablatiui sunt nominum qui pro aduerbiis accipiuntur: ut una qua ne qua roma: **Vt Virgilius in primo aeneidos. Vna** eurus notusq; ruunt creberq; procellis. **Idem in eodem.** Qua data porta ruunt: & terras turbine perflant. **Idē in eodē.** Ne quis scire dolos mediū sive occurrere possit. **Et sciendum quod propria nomina ciuitatū si primae uel secundae sint declinationis in genitiuo quidem casu pro aduerbio in loco accipiuntur: Vt Romae sum uel Tarenti. Accusatiuo uero ad locum cuiuscūque sint declinationis: Vt Romam eo uel Tarentum: uel Carthaginem: uel Athenas uel delphos. Ablatiuo de loco uel per locum ut Roma exeo: Tarento transeo. Sin tertiae sint ablatiuo: tam in loco quam de loco quam per locum: Vt Carthagine sum Carthagine uenio: Carthagine transeo. Idem in pluralibus semper inueniuntur: ut athenis sum: athenis uenio: athenis transeo. Inueniuntur tamē & cū praepositionibus nomina ciuitatum saepe prolata & maxime apud historicos: **Liuius in octauo** ab urbe condita. & ab **Lauinio** uenerant antiqua auxilia. **Salustius in catilinatio.** Nam tum **Brutus** ab roma aberat. **Idem in iugurtino.** Ad cirtham oppidum iter constituunt. **Liuius in octauo** Et fauus supplementum ab roma abduxit. **Salustius in primo historiarum.** Ad olympum atq; pharselidam: in eodem ad tortium. **In eodem apud Coricum.** Et apud Ictete oppidum & repulsus a Ictete oppido: & apud hylerdam cum multa opera circumdata. **Idē apud praeneste** locatus: idem apud numantiā. Inueniuntur tamē quaedā et appellatiua supradictā regulā seruatiua: ut militia: militiā militia: domi domū domo: humi humū humo. In e correpta uel primitiua sunt: ut pone pene: ex quo etiā aliud deriuauit **Plautus in mustelaria.** ita mea consilia peruertit penissime. **Ne prope** nempe quippe saepe inde: & ex eo composita: deinde subinde perinde exinde pinde: quae omnia a tepenultimā habēt accentu acuto: uel quia p adiectionē habēt de ut quibusdā uidet unde frequēter inuenimus & exin & dein **Virgi. in. iiii.** Exin gorgoneis alecto infecta uenenis: uel magis: quia praepositiones separatae grauantur: ut coniunctae esse ostēduntur acutum in his assumpserunt accentū: quomodo & coniunctio si & ne ad uerbiū cū praeponuntur quādo ut si quādo nequādo: nā aliquādo differētiae eā ad aliquāto q; cōsimilē sonū habere uidētur: acuit ante penultimā: uel deriuatiua sūt: ut pago peregre punio impune abūdo abunde rito sūde irrito rite. **Noīa quoq; p aduerbiis i e correptā desinetia****

In e correpta.

inuenimus. **Vt Salustius in iugurtino.** **C**etera aut facile comperta
narrauerim: **Virgilius in quarto.** **F**orte fuit iuxta tumulus quo cor-
nua summo **Virgulta.** **I**dē in quinto. **S**ed sublime uolans mihi se im-
miscuit atre: quāuis facile & sublime accusatiui sunt: forte autem abla-
tiui. **S**ic etiam sponte sua & mane primo nomina esse ostenduntur cō-
iunctione aliarum casualium: ut domi sua. **S**unt etiam composita in
e correptam desinentia aduerbia: ut supradicta exinde perindē proin-
de: & punio impune. **Virgilius in secundo georgi.** **E**t saepe alterius ra-
mos impune uidemus **M**ittere in alterius: utpote quoq; compositū
est ab aduerbio & nomine. **P**ote enim ab eo quod est potis nascitur
hic & hac potis: & hoc pote: unde **Persius.** **Q**ui pote uis dicam nu-
garis cum tibi calue. i. quomodo possibile est. **A**b eo autē quod ē hic
& hac potis & hoc pote fit comperatiuū hic & hac potior & hoc po-
tius: & suplatiuū potissimum. **E**x quibus etiā aduerbia potius & po-
tissime. **I**n e productam primitiua non inueni nisi ne: sed deriuatiua
a nominibus secundae declinationis: quorum datiuus in o desinens
in e longam conuertitur: & facit aduerbium: huic claro clare optimo
optime: pulchro pulchre affabro affabre. **Cicero in. vi. uerriua.** **D**cū
nullum qui ei paulo affebre factus: huic sano sane: sero fere. **E**xcipitur
bene & male: a bono & malo in e breuem desinentia. **M**ulta autē ex
supra dictis nominibus ipsa terminatione datiuus pro aduerbiis accipi-
untur: ut falso consulto postremo sedulo auspicato augurato manife-
sto priuato praecario merito. **Terentius in eunu.** **S**eu ui se clam seu praeca-
rio. **I**dē in andria. **H**aud auspicato huc me attuli. **I**dē in phormi.
Merito te amo. **I**dē in eodem. **P**ostremo si nullo alio pacto uel se-
nore. **Liuius in. xiiii.** **P**riuato nos tenuissemus: dicitur tamen & pri-
uatim. **Salustius in catilinario:** **E**t priuatim & publice rapere: & saepe
corripiuntur o terminalem: quando in aduerbia trāseunt: ut cito sero
modo. **Auuenalis in. iiii.** **E**t cito rapturus de nobilitate comesa **Q**uod
superest. **Virg. in. iiii. aene.** **T**u mō polce deos ueniā: sacrisq; litatis. **Sta-
ci. in. i. the.** **S**ero memor thalami mcesta solatia mortis **Phoebe para-
Idē in. ii.** **Q**uanti quae fide tā sero reposcit: necessario dicit & necesse:
sed necesse eget uerbo substatiuo. **Ter. in eunu.** **Q**uod des paululū ē
& necesse ē multū accipe. inuenit tamē & necessariū. **S**unt tamē qdā
ex eadē declinatione neutra quae p aduerbiis accipiuntur: ut multū mi-
nimū: res; & uero: primū & primo. **Terentius in andria.** **P**rimo hac
pudice uitā parce ac duriter agebat: quod autem etiam prime dicitur

In e
duo.

ostendit idem **Terentius** qui compositum ab eo in andria. protulit. **N**āid arbitror apprime in uita esse utile: ut ne quid nimis. **N**imum quoque pro minis frequenter inuenimus: & parum pro paruū. **L**ucanus in quinto. Et quam nimiumq; parumq; **D**istulimus. **E**xcipiunt a duro dure: & duriter: large & largiter: ab humano humane etiam humaniter: inhumano inhumane inhumaniter: a firmo firme & firmiter. **T**erentius in andria. **P**rimo hęc pudice uitam parce ac duriter agebat. **C**icero in tertio uerri. **R**espondit illa ut meretrix non inhumaniter. **I**dem in xiiii. philippicarum. **P**utare aliquid moderate aut humane factarū. **I**dem de repu. in sexto. **F**irmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia esse uoluerunt. **I**dem ad pansam in primo. **D**e anthioco fecisti humaniter. **I**nueniuntur & alia quibus tamen non est utendū. **P**omponius in autorato: **L**udit nimium insaniter pro insane seueriter quoque pro seuerē **T**intinūs in proelia. **S**eueriter hodie sermonem amica meum contulit. **I**dem blanditer benigniter. **P**lautus amicititer auariter munditer seueriter mœstiter acquiter asperiter. **N**onius festiniter. **L**ucilius āpliter ignauiter. **V**arro prohibiter mutuiter **E**nnius proteruiter ignauiter inimiciter iracunditer superbiter temeriter præclariter toruiter puriter reuere cunditer miseriter prosperiter. **D**icitur enim abunde ab abundo & abundanter abundans.

¶ q̄ quedā aduerbia nō seruāt plene significationē.

Sciendum tamen q̄ quædam aduerbia non plene seruant significationem: quæ in omnibus est: e quibus deriuantur ut ferus fere: sanus sane: sensus sensum. **I**deo autē diximus non plene: quia potest esse aliqua ratio: ut fere dicuntur quæ omni corpore feruntur. quippe cum quattuor pedibus utantur: fere ergo pro iuxta quod celeribus omnia iuxta sunt. **S**anus pro ualidus accipitur: ergo & sane pro ualide. **H**oc quoque norandum quod a ualido ualde pro ualide p̄ syncopam profertur: sensim pro paulatim quia ea maxime faciunt sensum quæ morantur. **A**rito uero uerbo uel ritu rite pro recte: quia nihil traditur ritibus: nisi quod rectum esse creditur. **A** quinta quoque declinationis nominibus composita e producunt: ut pridie hodie postridie: meridie quoque pro aduerbio accipitur cum sit nomen. **I**n i quoque desinentia inueniuntur aduerbia: sed pauca primitiua: ut heri ubi ibi: dicitur tamē & here. **I**uuenalis in .i. **R**es hodie minor ē here q̄ fuit: atq; eadem cras **D**eteret exiguis aliqd

adua m7.

Horatius in secundo sermonum. Nam mihi cum uiuam quærenti dictus here illic de medio portare die. Alia uero nomina sunt loco ad uerbii posita per genitiuum pleraque: ut domi taurominii lampfaci tyræphesi belli. Liuius in secundo ab urbe condita. Duo nefanda facinora decem uiri belli domique adiicit. inueniuntur etiam per datiuum: ut uesperis & fortis. Terentius in andria. Quem ne ego uidi ad duos offerri uesperis. Virgilius in quarto georgico. Sunt quibus ad portas cecidit custodia fortis. Nec non etiam per ablatiuum: ut qui pro quomodo uel unde. Vt Terentius in andria. Nam qui tibi istæ incidit suspicio: qui quia te noueram. Idem in eadem. Audiui & credo multa concurrunt simul: qui coniecturam hanc hunc facio. Est enim ablatiuus a quo uel a qui. In o primitiua quidem: ut quædo temporale & ex eo composita: siquando nequando aliquando: quæ antepenultimam habent acutam: ne duæ partes ut supra dictum est esse putentur diuisa: uel differentia causa: deriuatiua uero a cis citro: unde dicitur ultro citroque. Cicero pro roscio. Postea homines cursare ultro citroque non destiterunt. Ab in quoque intra & intro & intus & inter. Sunt etiam composita præsto profecto: Alia uero nomina sunt uel pronomina aduerbialiter prolata: ut falso merito sedulo cito sero uero utro utroque. Liuius in octauo ab urbe condita. Vtroque exercitus missi. Similiter quo aliquo eo illo. Sed quando pro aduerbiis accipiuntur interdum inueniuntur corripientia o: sicut ostendimus. In u pauca inueniuntur denominatiua ut diu: & ex eo compositum: ut interdiu: & a nocte noctu. Nam astu est nomen indeclinabile: quomodo cornu: Terentius in eunu. Hem quid amat an scit ille quid meretrix fiet: in astu uenit: quod nisi esset nomen præpositio separata ei non præponeretur. In æ diphthongum nomina genitiui casus loco aduerbiis posita: Vt Romæ Cosæ Capuæ. Salustius in iugurthino. Hæc ubi Romæ cõperta sunt. Idem in i. histo. Res populi romani Mario lepidoque catuloque cõsulibus. ac deinde domi & militiae gestas. in æ au eu ei oh ah terminatia interiectiones sũt quas græci aduerbiis cõnumerat. Horatius in carmi. Heu hohe bacche precor. Idem in ii. car. Heu hohe recēti mens trepidat metu. Ter. in eunu. Hau obsecro ne cõserēdus hic quidem cum illo est. Idem in eodem: Hoei. idem in eodem: Oh illud uide os: ut sibi distorsit carnifex. Idem in andria Dictura ne es quæ rogo au ei. Vt Virgilius in secundo æneidos. Hei mihi qualis erat quantum mutatus ab illo Hectore. Idem in eodē. Heu fuge nate dea teque

qui p quo.

In o.

In u.

his aut eripe flammis: in e primitiua inueniuntur: sic donec: quod etiã donicum antiqui dicebãt. **Plautus in captiuis.** Auscultatum scies ego me amitti donicum ille huc redierit. Et deriuatiua pronominum illic istic huc illuc istuc: hinc illinc istinc: hac illac istac. & omnia uel natura uel positione producunt extremam syllabam: excepto donec: & in fine circumflectuntur si uocalem longam habuerint natura. **Composita** quoque inueniuntur: ut adhuc abhinc dehinc. **In** l pauca inueniuntur: ut semel pol edepol: uel etiam coniunctio pro ualde frequenter inuenitur. **Cicero pro murena:** Vel maximum bellum populo Romano cum rege Anthioco gessisse. **In** am primitiua clã corã: deriuatiua uel composita nequicquã nequaquã neutriq;. **Præterea** quam quãdo est similitudinis uel comparisonis siue electionis aduerbium accipitur. **Virgilius in undecimo.** Quam facile accipitur saxo sacer ales ab alto. **Salustius.** Mare ponticum dulcius est quam cætera maria quã uis interpretatio eius idest ἡπερ apud græcos coniunctio sit electiua. **Bifariam** etiam & trifariam omnifariam composita sunt a fando: & præpositis dictionibus. **In** em primitiua: item tãdem. **Composita:** ut itidem ibidẽ indidem idẽtidem. **Cicero pro Roscio.** Indidem ne a meria. **In** im & denominatiua inueniuntur: & uerbalia siue participialia: ut a parte partim: a uiro uiricim: a uice uicissim: ab hostio hostiatim: a statu statim: a raptu raptim: a saltu saltim & saltatim: a curso cursim: a stricto etiam strictim: a furto furtim: a sensu sensim: a singulis singulatim: ab affatu affatim. uel magis a genitiuo: idest abunde: & corripitur sa: a priuato priuatim: a paulo paulatim: a singulto singultim. **Horatius in primo sermorum.** Ut ueni coram singultim pauca locutus: præsertim cõfestim: a tractu tractim: a capi po carptim: & a ductu ductim. **Plautus i gurgulione.** Sine ductim: si hac abiit hac psequar. **In** um primitiua pauca sunt iterum sursum rursus & rursus profum & profus. **Deriuatiua** uel composita dextrorsum & sinistrorsum. **Horatius in secundo sermorum.** Ille sinistrorsum hic dextrorsum abiit unus utriq; error. **Sed** antiqui etiã dextrorsum dixerunt. **Plautus in rudente.** Sed dextrorsum autem uersa est in malam crucem: sursum deorsum horsum uersum: orientem uersum occidentem uersum. **Terentius in adelphis.** Similiter utroque uorsum **Plautus in captiuis.** Utroque uorsum rectum est ingenium meum. **Hæc** enim quoque composita esse uidentur: cum sub uno accentu proferantur. **Melius** tamen dicimus q̄ inclinant si supra posita noia

Donec in e

In l.

In am

In em.

In im.

In um

Similiter actutum deriuatum est ab actu: id est celeritate. **Virgilius** i octauo. **Tum** cetera reddet. **Actutum** pius aeneas: atq; integer cui **Alcanius**. Nomina quoq; loco aduerbiorum in eadem terminatione inueniuntur ut primum multum minimum: parum pro paruum. **Lu canus** in secundo. **Et q̄ nimiumq; parum** **Distulimus**: pro & nultum & parum. **Cicero** in quarto de republica. **Non enim facile uolenti po/ pulo resistitur: si aut nihil imptias iuris: aut parum: pro paruum.** In n pauca inueniuntur: ut en non forsan forsitan. **In r** primitiua cur & p quando pro ualde accipitur. **Deriuatiua** a nominibus uel participiis reetiæ declinationis ueniunt in ter exeuntia: sed si in es declinat nomi natiuus: is genitiui in r conuertitur: ut sapiens sapientis sapienter: pru dens prudentis prudenter: indulgens indulgentis indulgenter: dili gens diligentis diligenter. **Alia uero datiuo ter addūt penultima cor/ repta: ut fortis forti fortiter: utilis utili utiliter: foelix foelici foeliciter: audax audaci audaciter** sed per syncopam in usu est frequentiore au/ dacter. **Terentius** in phormione. **Minus** multo audaciter quā nunc lædit læderet. **Salustius** tamen historiarum secundo audaciter protu lit secundum analogiam. **Et Cicero** pro sexto roscio. **Multa** scelerate: multa audaciter multa improbe fecisti. **Excipitur facilis**: quod pro fa/ cilitate facile aduerbii loco habuerit in usu. **Virgilius** in decimo. **Quā/ facile** accipiter saxo sacer ales ab alto. **Difficilis** autem difficulter facit pro difficiliter. **Et ab omni omnino.** Præterea a tribus & quattuor nas cuntur aduerbia: ter & quater obiter enim compositum est ab ob & in ter. **Similiter paulisper tantisper parumper** composita sunt. **Vetustissi/ mi** tamen quadam contra supradictam regulam protulerūt. **Sed si/ quidem** sint nomina neutra pro aduerbiis. ut sublime uolans assumā tur aliter uero reiciatur: ut **Pōponius de philolophia**. **Cum** istæc me/ more meminit: pro memoriter. **Aliter** quoq; ab eo quod ē hic alis hu/ ius alis huic ali pro alius alii secundū supradictam analogiam pferē **In as** denominatiua inuenio a extrema circūflexa alias. **In es** produ/ ctam sodes hercules. **Pleraq;** tamē a numeris nascuntur: id est a quicq; usq; ad mille: ut semel bis ter quater quinquies sexies decies uicies cē ties quingenties milies. **In is** correptam nimis: quod etiam nimium dicimus: satis quod etiam loco nominis positiui accipitur. **Iraq;** etiā comparationem recipit fatius. **Terentius** i eunucho. **Accede ad ignē** hunc iam calefces plus satis. **Lucanus** in primo **Tu** satis ad uires ro/ mana in carmina dandas. **Iuuenalis** in quarto. **Hoc** fatius quam si &

In
In

In
eo

In

dicas sub iudice uidi: quod non uidisti: satius pro melius. In us correptam peuitus rursus & rurtum: prorlus & prorlum: secus caelitus acce-
lo stirpitus a stirpe: funditus a fundo. **Virgilius** i tertio aeneidos. **Rur-**
sus & alterius: In eodem: **Rurtum** ex diuerso caeli caecisq; latebris.
Radicitus a radicibus. **Virgilius** in secundo aenei. **Radicibus** eruta pi-
nus. **Mordicus** diuinitus humanitus dicitur tamē & diuine & huma-
ne & humaniter. Sed diuersas habent significationes. nam diuinitus
a diuis: & humanitus ab hominibus monstrant. Diuine autem & hu-
mane uel humaniter: similiter diuis & hominibus significat: **Eminus**
quoq; & cominus localia sunt. **Aduersus** quoq; quod etiam & nomi-
natiuus est quomodo nullus pro minime. **Terentius** in andria. **Libe-**
ratus sum **Daue** hodie tua opera: ac nullus quidem. **Similiter** fors cū
sit nominatiuus accipitur pro aduerbio. **Virgilius** in undecimo: **Fors**
& uota facit cumulatq; altaria donis. **Et** omnia comparatiua quæ no-
minum comparatiuorum generis neutri similia sunt: ut clarius pru-
dentius otius satius. **In** ens totiens a tot: quotiens a quot: & a multo
multotiens: & aliquotiens ab aliquot. **Salustius** in primo historiarū
Nec detrusus aliquotiens teretur. **In** t fat pro fatis: & dūtaxat: quod
ab aduerbio componitur & uerbo: & forsit pro forsitan. **Horatius** ser-
monum primo. **Dissimile** hoc illi est: quia non ut forsit honorem Iure
mibi inuideat quisquis. **In** x: uix mox: pax quod est græcum quādo
significat tantummodo. **In** ne nunc hinc **In** ps deinceps. **Inueniunt**
diuersa aduerbia formæ ex eisdem deriuatiua nominibus: ut a fors
forte forsan forsitan forsit fortasse fortassis. **Virgilius** in decimo. **Fors**
& uota facit: cumulatq; altaria donis. **Idem** in bucolicis. **Forte** sub ar-
guta considerat illice daphnis. **Idem** i primo aeneidos. **For**san & hæc
olim meminisse iuuabit. in bucolicis. **For**sitan illum **Aut** herba captū
uiridi: **Idem** in undecimo **Cæ**lumq; animum fortasse ferebat. **Et** fors
quidem & forsan & forsitan dubitandi sunt: forte uero euentus pro
fortuitu: quod a fortuitus deriuatiuo nomine sit. **Fortasse** autem &
fortassis pro temere quomodo a diuino quoq; diuinitus θεῖον diui-
ne θεῖος. **Similiter** a fato fatuitu. αἰσθητικὸν fato & fataliter αἰσθη-
τικὸν ab omni omnino παντελῶς: & omnifariam etiā in omnem par-
tem uel ex omni parte. **Deriuatiuorum** aduerbiorum species etiam
in comparatiuis & superlatiuis. **Præterea** etiā in diminutiuis: quod
apud græcos non est: & plerunq; denominatiua sunt hæc: ut clarus
clarior clarissimus: clare clarus clarissime: felix felicior felicissimus

In us

In us

In us

In us

In us. ps.

felicitate felicitius felicitissime: bonus bellus bone belle: primus primu-
 lus primum primulum: longus longulus longe longule. Inueniunt
 tamen pauca: quae quis a nominibus non deriuentur: tamen habent
 comparatiua uel diminutiua: ut saepe saepius saepissime. Antiqui ta-
 me & sapior saepissimus ptulisse inueniuntur: sicut ultra ulterius ulti-
 me ulterior ultimus. Nō enim aduerbia a nominibus sed ab aduerbi-
 is huiuscemodi nomina nascunt: supra superius supreme superior su-
 premus: citra citerius citime citerior citimus. extra exterius extreme
 exterior extremus infra inferius infime inferior infimus: diu diutius
 diutissime: diutius diutissimus: nuper nuperius nuperime. Antiqui
 nuperus nuperior nuperimus: ocior quoq; ocissimus & ocius ocissi-
 me: a graeco est ὀκίστος. Satis quoq; pro sufficiens accipitur quomodo
 supra diximus: & iccirco habuit comparationem satius. Attendendū
 igitur q; non inueniuntur comparatiua nisi sint adiuncta comparati-
 uis nominibus. Diminutiua tamen rarissime: ut clam clanculum.
 Deriuantur autem aduerbia a nominibus: sapiens sapienter: a pronō-
 minibus: ab ille illic: a uerbis detero deterius: a participiis indulgēs in-
 dulgenter: a praepositionibus ex extra: sub subter in intro.

Figura aduerbiorum sunt tres: Simplex composita & deco-
 posita. Simplex: ut diu huc: Composita ut inter diu adhuc
 Decomposita quae a compositis deriuantur: ut a potente
 potenter: a misericorde misericorditer: ab indocto indocte:
 ab imprudente imprudenter. Haec tamen quae & simplicia habent ad-
 uerbia & composita possunt esse: ut docte indocte prudenter impru-
 denter. Nam efficaciter sine dubio decompositum est cum a simplici
 aduerbio non componitur: sed a nomine composito deriuatur.

Significatio aduerbiorum diuersas species habet. Sūt enim
 temporalia: quae praeteritum tempus significant solum: ut
 pridem nuper antea nudiustertius. Sunt alia quae praesens
 ut nunc praesto uel & praesens: & non multo ante praeteri-
 tum perfectum: ut modo. Terentius in andria. Modo dolores meatu
 occipiunt primulum. Idem in heautontimeru. Age modo hodie sero
 ac nequicquā uoles. Idem in andria. Praeteriens modo mihi apud fo-
 rum dixit. Vxor tibi ducenda est Pamphile Idem in eunucho. Venit
 cherea frater ne: ita: quando: hodie quam dudum: modo. Accipitur
 & ii

Nota.

Ab ipso

Age de capite

etiam pro infinito quomodo & nunc. Idem in eadem. Modo ait modo negat. Inuenitur etiam pro duntaxat. Virgilius in quarto aeneidos: Si modo quod memoras factum fortuna sequatur. Alia futurum ut cras postredie perendie. Alia communia diuersorum temporum: ut olim dudum: quo quondam. Virgilius in quarto georgicorum. Deprensus olim statio tutissima nautis: infinite dixit. Olim pro praeterito. Horatius in primo sermonum. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Præsentis Virgilius in secundo georgicorum. Ac iam olim teras posuit cum uinea frondes Frigidus & syluis aquilo decussit honorem Iam tum acer curas uenientem extendit in annum Rusticus: idem in quinto Quod tumidis submersum tunditur olim Fluctibus: futuri: idem in primo aeneidos. Forfan & hæc olim meminisse iuuabit. Dudum præteriti. Terentius in andria. Ego dudum non nihil ueritus sum Daue. Præsentis temporis Virgilius in secundo aeneidos Iam dudum sumite pœnas. Quondam præteriti. Cicero in primo inuectiuarum. Fuit ista quondam in hac republica uirtus Futuri. Virgilius in bucolicis: Quodam tua dicere facta Tempus erit. Præsentis Virgilius in secundo aeneidos: Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Futuri: ut Tempus erat quondam. Similiter aliquando Cicero in primo inuectiuarum. Ibis tandem aliquando. Idem in secundo. Tandem aliquando quiritis uel catilinam. Quando quoque simplex & ex eo composita omnia: aliquando siquando nequando: quæ infinita sunt: & antepenultimæ accentu acuto proferunt: Quomodo etiam ab inde composita: exinde perinde subinde deinde proinde. Quando autem & interrogatiuum & relatiuum est & infinitum. Interrogatiuum: ut quando uenisti. Relatiuum: ut quando eram iuuenis peccaui. Infinitum: Quando ueniam faciam. Accentu tamen discernitur: quomodo & nomina interrogatiua & relatiua. Inuenitur tamen etiam pro aliquando & pro causali conjunctione. Virgilius in decimo. Aspera quis natura loci dimittere quando suasit equos: quando pro aliquando. Idem in primo aeneidos. Hic tibi labor enim quando hæc te cura remordet. quando pro quoniam hic accipitur. Alia localia: hæc quoque uel discretas uel communes habent locorum significationes Discretas ad locum: ut huc illuc quo: In loco ut illic hic ubi quod interrogatiuum penultimam acuit: ut si dicam. Vbi est Paphilus. Relatiuum grauatur: Ut Virgilius in primo aeneidos. Sauus ubi eacidae telo iacet hector: ubi ingens Sarpedon: ubi tot simois correperit

Quæbo in i. t.

Localia

ra sub undis. Quomodo & unde: ut Horatius i secundo sermonum
Vnde & quo cautius. Interrogatiuum penultimam acutam habet.
Relatiuum grauatur. Virgilius in primo Genus unde latinum. De
loco. ut hinc illinc istinc inde. Per locum: ut hac illac qua: hoc quoq;
quomodo omnia, infinita: idest quo ubi unde qua. quando relati-
uum est grauatur: aliter suum accentum seruat. Communes ut pere-
gre sum peregre abeo peregre adueuio peregre transeo. Similiter po-
ne super intra infra extra ultra citra: quæ etiam casibus frequenter so-
lent iungi grauariq;. Atq; ideo a quibusdam præpositiones esse putan-
tur: sed illa proprie est præpositio quæ separata nunq̄ potest sine casu
alibus proferri: ut e ex a abs de pro sub in: & similia. Aduerbia uero
quæ coniungi solent casualibus etiam per eclipsim casualium licet p-
ferre: ut Pone subit coniunx: & ultra citraq; nihil est. Et q; aduerbia eti-
am per se habent aliquam certam significationem: præpositio uero nõ
ut si dicam de uel in: nescio per se q; significant nisi coniungantur cum
aliqua dictione. Si enim dicam de partibus orationis aliam habet si-
gnificationem. & si dicam de loco in locum aliam. In superiore enim
Τὸ πρῶτον: in sequenti Τὰ πρὸ significat. Similiter deduco κατέγωω descen-
do: κατέρχομαι. Extra & pone: & supra uero indubitabilem habent
loci significationem ex quo ostenduntur magis aduerbia esse: Sunt
quædam loci unam significationem habentia: quæ est ad locum: ut
horsum istrossum deorsum sursum sinistrorsum dextrorsum. Simili-
ter aduerbia ostenduntur composita: Italiam uersus. Siciliam uersus
quæ ipse accentus ostendit esse composita: nisi si dicamus: q; uersus
inclinat sibi supraposita nomina. Dehortatiuum est ne: hoc etiam ac-
cipitur pro neq; & pro ut non. & pro ualde: pro neq; ut Cicero i quar-
to inuectiuarum Ne dici quidem opus est: pro neq; opus est dici: pro
ut non. Terentius in adelphis. Ne dicam dolo: pro ut non dicam pro
ualde. Idem in andria. Ne illa illum haud nouit: cuius causa hæc inci-
pit. Abnegatiuum est: ut non haud: nequaquam minime. Sciendum ta-
men q; etiam aliæ partes accipiuntur pro aduerbiorum diuersis signi-
ficationibus. & est quando duæ pro una: ut nullomodo nullatenus:
quomodo & aduerbia loco nominum posita inuenimus. Virgilius in
septimo Sponte sua: similiter & mane nouum: ut Lucanus in primo
Tu satis ad uires romana in carmine dandas. & Salustius in catilina-
rio: Satis eloquentiæ sapientiæ parum. Confirmatiua ut profecto sci-
licet quippe uidelicet nempe: ut Persius Nempe hæc assidue. Duæ
& iii

Dehoratium
Ne in multis.

Abnegatium

Confirmatiua

quoque partes pro his ponuntur: ut quidni curno: sic est quidistic quo
 frequenter Terentius utitur in confirmatione: ut in adelphis. Quid
 istic accedo ut rectius dicas. Similiter militia in loco solum inuenitur
 quomodo uesper in tempore. Et sciendum quod pleraque aduerbia localia
 pro temporalibus accipiuntur. Virgilius in secundo aeneidos. Inde
 toro pater aeneas sic orsus ab alto: pro deinde dixit: & in primo. Hac
 ubi dicta cauum conuersa cuspide montem: pro postquam: & Terentius
 in eunucho. Hic ego illum contempsi praeter me pro tunc. Temporalia
 autem pro localibus non accipiuntur: ut nunc modo nuper postquam
 Iuratiua edepol castor hercle medius fidius. Per quoque praepositio po
 test etiam pro aduerbio accipi iurandi. Per te per qui te talem genuere
 parentes. Idem tamen etiam confirmatiuum est aduerbium: ut Teren
 tius in andria. Tu quoque perparce nimium: non laudo. Sic quoque quo
 modo perconiunctum casualibus: & graui accentu prolatum iurati
 uum est. Virgilius in bucolicis. Sic tua crineas fugiat examina taxos
 Oportatiua utinam o ut si: ut Virgilius in primo aeneidos. Atque utinam
 rex ipse noto compulsus eodem afforet aeneas: Idem in octauo: Ad
 sis o tantum: & propius tua numina fumes. Idem in sexto. Si nunc se
 nobis ille aureus arbore ramus: Ostendat nemore in tanto: ut autem
 & si sunt etiam coniunctiones causales. Sed ut est etiam similitudi
 nis aduerbium: potest etiam pro temporali accipi: ut uidi ut perii: &
 ex hoc componitur utinam. Inuenitur etiam ut pro utinam: ut Horati
 us in secundo sermonum. O pater & rex Iuppiter: ut pareat iugine
 ferrum: ut pro utinam: uti enim & ut idem est. Hortatiua eia age. Et
 notandum quod uidetur hoc aduerbium etiam plurale habere: ut agite:
 ut Virgilius in octauo. Ergo agite o iuuenes tantarum in munere lau
 dum. Remissiua sunt superioribus contraria. ut pedetentim paulati
 sensim. Qualitatis: ut bene male. Quantitatis: ut nimium parum. haec
 autem pleraque a nominibus adiectiuis sunt: ut disertus diserte: celsus
 celse maximus maxime paulus paulatim. Necnon etiam a participiis
 siue uerbis: ut cursim strictim minutim. Dubitatiua forsan fortassis
 & fortasse fors forsit. Virgilius in undecimo Fors & uota facit: cumu
 latque altaria donis. Idem in primo aeneidos: Forfan & haec olim me
 minisse iuuabit. Terentius in andria. Forma bona fortasse. Horatius
 in primo sermonum Dissimile hoc illi est quia non ut forsit honorem
 Iure mihi inuideat: quiuis ita te quoque amicum. Congregatiua loci
 sunt & temporis communia: ut simul una pariter. In eodem loco: &

Nota adu. localia ponuntur quibus
 plerumque non agitur.

Iuratiua
 Per et dicitur

Sic

Oportatiua

Hortatiua
 Ago agite.

Remissiua
 Qualitatis
 Quantitatis

Dubitatiua

Congregatiua

in eodem tempore. **Virgilius**. Simul hoc simul ingens: & in primo
Vna curusq; notus. **Discretiua** seorsum deorsum secus separatim
utrinque diuise singularim bifariam multifariam. **Similitudinis**: ut
quali ceu uelut ueluti: sic sicuti ut uti. **Hæc** etiam coniunctionum
uim habent causalium quando $\text{in}\alpha$ uel $\delta\tau\iota$ significant græcas coniu-
ctiones. **Virgilius in undecimo**. Capias ut digna camilla **Pramia**.
Cicero in tertio inuectiuarum. Illud uero animæ ita præsens est: ut
nutu **Iouis optimi maximi** factum esse uideatur: ut cum hodierno
die mane per forum meo iussu: & cõiurati: & eorum indice in adem
concordia ducerentur: eo ipso tempore signum statueretur. **Ordina-**
tia sunt deinde continuo protinus postea præterea. **Intentiua**: ut ual-
de nimium profus penitus omnino. **Comparatiua** ut magis minus
hoc cum aduersa qualitate coniunctum: contrariæ qualitatis com-
paratiuum significat: ut minus stultus pro prudentior. **Superlatiua**
maxime minime ocissime. **Et sciendum** q; omnia quæ ab aliis deriuã-
tur illorum significationum uel qualitatem generalem seu specialem
seruant. ut a propriis. **Demosthenes demosthenice** dicitur. **Tullius**
tulliane: **Salustius salustiane**. Similiter ab appellatiuis generalibus:
a corpore corporaliter a quali qualiter ab alio aliter a genere generali-
ter a specie specialiter a latino latine a græco græce a uiro uiriliter. **A**
muliere muliebriter. **Et nota** q; pleraq; ex nominibus sũt deriuatiuis
a græcis quoq; nominibus deriuantur aduerbia: ut $\alpha\kappa\upsilon\delta$ ocius ocif-
sime. **Habent** tamen nomina ocior ocissimus. **Præterea** quomodo
apud græcos anormale. $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\epsilon\iota\varsigma$ $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\epsilon\iota\varsigma$ aduerbium dicitur: sic & a
pud nos inæqualiter ab uno semel profertur. **A** duobus quoq; p græ-
co $\Delta\iota\varsigma$ nos bis dicimus. **Cæteri** enim numeri a uocibus suis faciunt
aduerbia: tres ter quattuor quater. **A** quinq; uero usq; ad mille in es
productam desinunt aduerbia: ut quinq; sexies septies: sic reliqui
ut supra dictum est. **A** quot uero & tot in ens terminantur: quotiens
& totiens. **Sunt** igitur hæc numeralia. Inueniuntur apud nos præ-
terea aduerbia diminutiua. quæ apud græcos non sunt ut clam clan-
culum benebelle bellissime. **Quomodo** autem sunt nomina synony-
ma & polionima: sic inueniuntur aduerbia: uel in una significatione
multas habentia uoces: uel in una uoce multas habentia significatio-
nes: ut ubi $\tau\omicron\upsilon\kappa\alpha\iota\delta\omicron\tau\omicron\upsilon\upsilon$. **Similiter** quo: qua: quando: & ifinita sunt
& interrogatiua & relatiua. **Quando** autem etiam & pro coniunctio-
ne causali inuenitur. **Tandem** quoq; nõ solum pro aduerbio tempo-
& iiii.

Discretiua
Similitudinis

Ordinatio
Intentiua
Comparatiua

Superlatiua

Nota

Nota

Diminutiua

○ in aliis

Verba deant pponi ut pponis.

rali: sed etiam pro coniunctione repletiva inuenitur: ut **Cicero** in primo inuectiuarum: **Q**uouſq; tandem abutere catilina paciētia neſtra. **O** quoq; diuerſas habet ſignificationes: eſt enim aduerbiū uocandi ut **Virgilius** in primo **æneidos**: **O** regina nouam cui condere **Iuppiter** urbem. **E**ſt admirandi: ut **Iuuenalis** in quarto: **O** qualis facies & quali digna tabella. **E**ſt indignādi: ut **Cicero** in primo inuectiuarum **O** tempora o mores. **E**ſt oprandi: ut **Virgilius** in duodecimo: **A**dſis o tantum & propius tua numina firmes. **E**ſt etiam nomen ipſius litteræ. **I**n aliis quoq; multis aduerbiis inuenis diuerſas ſignificationes in una eademq; uoce: quomodo etiam ex contrario in diuerſis uocibus unam ſignificationem: ut quando aliquando olim dudum cito prope celeriter actutum. **D**e ordine quoq; aduerbiorum quaeritur utrū præponi aut ſupponi uerbis aptius poſſint. & manifeſtum eſt q; aptius quidem præponuntur quomodo adiectiua nomina: ut bonus homo bene agit: fortis imperator fortiter pugnat. **L**icet tamen tam hæc q̄ illa præpoſtere proferre: exceptis monosyllabis quidem omnibus: ut non ne dum cum tēporali: per quod aduerbiū eſt quādo affirmationem ſignificat: ſicut etiam aduerbiū eſt: uel cū p̄ uel ponitur. **D**emonſtratiua quoq; & interrogatiua præponunt uerbis: ut en ecce cur quare quāobrem. **S**imiliter hortatiua & ſimilitudinis: & uocandi & optandi: ut cia age quaſi ceu ueluti heus o utinam. **T**erminus: **V**tinam quod cum ſalute illius fiat uelim ita ſe defatigarit. **Virgilius** i **bucolicis**. **S**ic tua crineas fugiant examina taxos. **I**dem etiam in octauo: **N**ō ita me referat tibi magnus **Iuppiter**.

De Interiectione.

Interiectionem graeci inter aduerbia ponunt: quoniā hæc quoque uel adiungitur uerbis: uel uerba ei ſubaudiuntur: ut ſi dicam pape quid uideo uel per ſe pape etiam ſi non addatur miror: habet in ſe ipſius uerbi ſignificationem: quæ res fecit romanorum artiū ſcriptores ſeparatim hæc partem ab aduerbiis accipere. quia uidet effectū habere i ſe uerbi: & plenā motus animi ſignificationē: etiā ſi nō addatur uerbum demonſtrare. **I**nteriectio tamen non ſolū illa quæ dicunt graeci **οχηλιας αὐδῶ** ſignificat ſed etiam uoces quæ cuiuſcūq; paſſionis animi pulſu per exclamationem interieciuntur. **H**abent igitur diuerſas ſignificationes gaudiū: ut

iii 28

euax: doloris ut hei. **Virgili. in primo aeneidos.** Hei mihi qualis erat
quatum mutatus ab illo **Hectore.** Et Odolor atque decus magnum
rediture pareri. **Virgilius in .xi. & i bucolicis.** Ah scilice in nuda con-
xa reliquit. Idem in eodem. Ah tibi ne teneras fecet aspera platas **Ti-**
moris: ut at at: mi homo formidolosus es. **Terentius in cunu.** Admi-
rationis: ut idem in eodem. **Pape** exuperat ipsam thaydem. **Inter** has
ponunt etiam sonitum litterarum mutationes ut risus haha hehe &
phi ha: hœ & hau. **Possunt** tamen esse quaedam dubia inter aduerbia
& coniunctiones: ut o quâdo indignationē significat uel dolorē: uel
admirationem: interiectionē hoc accipiunt. **Quando** uero uocâdi est
uel oprandi aduerbium. potest tamē etiam nomen esse ipsius litteræ
ut supra diximus: **A** quoq; & præpositio est & interiectio & nomen.
præpositio ut a summo ad imum. **Interiectio** ut præmostrauimus in
bucolucis esse positum. **Nomen** ipsius litteræ. **Pro** quoq; tam præpo-
sitiō q̄ interiectiō: præpositiō: **Vt Virgil. in .xii.** Prolator obtestor: p-
maietate tuorum: & in .v. Pro se quisq; uiri: depromūt tela pharetris
Interiectio: ut **Luc. in tertio.** Prohi remeasset in urbem Gallorū tan-
tum populis arctoq; subacta. **Optime** tamen de accētibus earum do-
cuit **Donatus** q; non sunt certi. **Quippe** cum & abscondita uoce: id est
non plane expressa proferantur: & pro affectus cōmoti qualitate con-
fundantur in eis accentus. **Aliæ** tamen quoq; partes orationis singu-
læ uel plures solent interiectiue proferri: **Vt Virgilius in primo aenei.**
Nauibus infandum amissis unius ob rem. **Infandum** pro interiectiōe
posuit. **Proprie** tamē uoces interiectionum primirimæ sunt: ut pape
euax hei heuheu hæ hœ & similia.

Liber decimussextus de coniunctione.

CONIUNCTIO EST PARS ORATIONIS

Coniuunctio est pars orationis
indeclinabilis coniunctiua aliarum partium orati-
onis: quibus consignificat uim uel ordinationem
demonstrans. **Vim** quando simul esse res aliquas
significat: ut & pius & fortis fuit **Aeneas.** **Ordi-**
nem quando consequentiã aliquarum demonstrat
rerum: ut si ambulat mouetur: sequitur ambulat: o